



Proamii.

**S**acer Ordo per quondam Franciscum de Paula exemplaris vite Religiosum institutus, & per nos approbatus, & per quem Ecclesiam Dei multiplicibus splendoribus illustrari speramus, à nobis, & Sede Apostolica promouetur, ut illius quieti, & corroborationi vigili cura intendamus.

P. Binct in  
Generalem  
electus bis  
reccular.

**S.** 1. Cum itaque superiori anno predictus Franciscus, qui dicti Ordinis Corrector per Sedem predictam deputatus fuerat, ad meliorem vitam à Domino conuocatus, in Gallia fuisset vita functus. Nos cupientes dicto Ordini opportunè providere, generale Capitulum fratrum dicti Ordinis in alma Vrbe nostra in domo SS. Trinitatis dicti Ordinis celebrari, imbiq; Correctorem generalem eligi iussimus, atque mandauimus: ac pro eiusdem Ordinis directione, illi dilectum filium nostrum Marcum tituli S. Mariae trans Tiberim presbyterum Cardinalem Senogallensium, nostro, & dicto Sedis nomine præsidere volumus. Cum autem in Capitulo huiusmodi, Spiritus sancti gratia cooperante, via scrutini in generalem Correctorem electus, ac ibidem publica electione, in qua consenserunt capitulantes fratres diuersarum Regionum, in huiusmodi electione voces habentes, ipsorumque nominibus alta, & intelligibili voce perlectis, & alijs ad huiusmodi electionem necessarijs inibi iuridicè peractis, à predicto Marco Cardinali auctoritate nostra, licet plurimum renitens, confirmatus, & ad officium huiusmodi suscipiendum in virtute Spiritus sancti, & ad sancte obediencie meritum astrictus, & coram nobis, ac predicto Marco, ac dilecto etiam filio nostro Roberto tituli S. Anastasie, officium Generalatus huiusmodi sponte, & liberè resignasti, quam renunciationem tuam admittere recusauius, tibi que, ut officium huiusmodi, & triennium, pro quo electus fueras, diligenter exerceres, mandauimus in Generalem confirmatus fuisti.

Supplicat  
P. Binct  
Papa, sibi  
aliquid tra-  
di de sua au-  
thoritate  
pro visita-  
tione perfici-  
enda.

**S.** 2. Et, sicut nobis nuper exponi fecisti, dubitas propter eiusdem Ordinis Regulam, nouissime per nos approbatam, & confirmatam, & alia, in huiusmodi tui Generalatus officio nouo, ac vniuersali visitatione, quam per vniuersum Ordinem huiusmodi perficere, cum Dei gratia speras, tam à tuis, quam alijs plurimis aliorum Ordinum Religiosis, plura, variaque impedimenta tibi afferri, propter que negotijs dicti Ordinis tui opportune providere posse non confidis, nisi auctoritas nostra tibi suffragetur.

Tribuit illi  
Papa plena  
aucto-  
ritatem su-  
per omnes  
fratres.

**S.** 3. Nos itaque tuus in hac parte supplicationibus inclinatus, quod super omnes, & singulos Ordinis Minimorum huiusmodi pro tempore vbi libet existentes fratres, cuiuscumque etiam status, conditionis, & gradus existant, auctoritate nostra plenariam, & omnimodam potestatem facultatem, & iurisdictionem, quibuscumque generalibus Correctoribus tui Ordinis per priuilegia Apostolica concessam, & nuper per nos in eorumdem Marci, & Roberti Cardinalium presentia tibi viue vocis oraculo de nouo attributam, & concessam, etiam in utroque foro liberè exercere: Ipsique dicti Ordinis Minimorum fratres, tam Pralati, quam alij inferiores vbi libet existentes, quacumque etiam Apostolica auctoritate muniti, tibi tamquam vero legitimo, & immediato Pralato, & generali Cor-

rectori dicti Ordinis Minimorum, per nos, ut prefertur, confirmato, & substituto, seu deputato per tuas patentes literas, tuisque mandatis, Regula predicti Ordinis tui non contrarijs, humiliter, & cum effectu parere, ac obedire, ac predictam Regulam per nos approbatam, & confirmatam cum omnibus circa illam per nos declaratis auctoritate nostra à te reuerenter suscipere teneamur.

**S.** 4. Et cum vita Ordinis Minimorum huiusmodi ceteris aliorum Religiosorum arctior, & strictior, sub excommunicationis latae sententia pena mandamus, in quam, tam recipientes, quam recepti, & concedentes ipso facto incurrere debeant, quod fratres ipsi ad nullum alium, quantumlibet etiam priuilegiatum Ordinem, preteritu quorumcumque, priuilegiatum, cuiuscumque alteri Ordini, etiam sub quacumque verborum forma quomodolibet concessorum, abque nostra, & tua, aut generalis Correctoris pro tempore existentis licentia specialiter transire possint. Nec eiusdem Ordinis Minimorum domos, vel bona quacumque ad Ecclesias predicti tui Ordinis quomodolibet pertinencia, alijs quibuscumque personis secularibus, regularibus, Ecclesiasticis, de Ordine Minimorum huiusmodi non existentibus, concedere audeant, vel presument. Et quod fratres contrafacientes auctoritate nostra predicta, quoties opus fuerit, excommunicentur, necnon, iteratis vicibus, ac grauare, nec non per alias censure Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescere, & ad Ordinem Minimorum reducere, reuocare, & recuperare, seu reduci, & reuocari facere. Et cum eisdem fratribus huiusmodi Ordinis huiusmodi eadem auctoritate dispensare, ipsoque & ipsorum quemlibet punire, & corrigere absolueret, & absolute nem huiusmodi etiam alijs demandare.

**S.** 5. Et si in huiusmodi visitatione tua, vel alijs in aliquibus domibus, & locis dicti Ordinis Minimorum, tam pro Ecclesiarum fabricis, quam alijs fratum necessitatibus, missarum multitudinem copiosam inuenires, & cognosceres, quod illa per fratres domorum, & locorum huiusmodi in Ecclesijs illorum, iuxta obligationem per eosdem fratres factam, aut relinquendum ordinationem celebrari non possint, prout in Parisiensibus, & Iansenisibus domibus per illarum fratres esse cognouisti, ut cum fratribus domorum, & locorum huiusmodi nunc, & pro tempore ibidem degentibus, & eorum quolibet dispensare possis, & quod dispensatio super his per te factienda, à nobis facta censetur; Eisdem fratribus, ut nouem collectas per eos, seu eorum quemlibet in unaquaque missa recitare pro nouem missis, ac septem collectas pro septem missis, si que de alijs descendendo, seu citra dictum numerum, cum omnium, & singularium domorum, & locorum huiusmodi fratrum, ac etiam totius Ordinis Minimorum huiusmodi suffragiorum, orationum, sacrificialium, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, & aliorum quorumcumque bonorum generalitate, singulis eiusdem Ordinis benefactoribus qui missas ipsas in Ecclesijs domorum, & locorum huiusmodi recitandas dederint, adco plene, & integre valeant, & sufficiant, ac si missæ huiusmodi pro eis, & eorum quolibet, iuxta piam eorum deuotionem, & intentionem particulariter recitarentur, & particulariter recitata forent, licentiam concedimus.

Regula est stric-  
tior omni-  
bus, & ideo  
nullus ab  
ea potest  
transire,  
nec vllus po-  
test bona  
Religiosis  
alienare.

Quod no-  
uem colle-  
ctas valeant  
pro nouem  
missis.